Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26339
Copyright: Admont, Benediktinerstift



41

Messis uero consummatio seculi est. Messo
res autem angeli sunt. Sicut ergo colligun
tur zizania & igni comburuntur. sic
erit in consummatione seculi. Mittet fili
us hominis angelos suos. & colligent de
regno eius omnia scandala. Et eos qui faci
unt iniquitatem. Et mittent eos in caminū
ignis; ibi erit fletus. & stridor dentium.
Tunc iusti fulgebunt sicut sol. in regno pa
tris eorum. Qui habet aures audiendi au
diat. Similе est regnum celorum the
sauro abscondito in agro. quem qui in
uenit homo abscondit. & pre gaudio illi
us uadit. & uendit uniuersa que habet.
& emit agrum illum. Iterum simile est
regnum celorum homini negotiatori.
querenti bonas margaritas. Inuenta autē
una pretiosa margarita. abiit & uendidit
omnia que habuit. & emit eam. Iterum